

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Actvs Qvinti

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

## ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

CHREMES, SIMO.

C. Ati' iam, sati' simo spectata erga te amicitia est mea:

Sati' periculi coepi adire: orandi iam finem face.

Dum studeo obsequi tibi, pene illusi uitam filiae.

S. Immo enim quammaxime abs te oro, atque postulo Chreme,

Ut beneficium, uerbis ininitum dudum, nunc re cõprobes.

C. Vide, quam iniquus sis præ studio. dum efficias id, quod cupis,

Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas: Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

S. Quibus? C. ah rogitas? perpulisti me, ut homini adolescentulo,

In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias;

Eius labore, atque eius dolore gnato ut medicarer tuo.

Impetrasti: incepti, dum res tetulit: nunc non fert: feras.

Illam hinc ciuem esse aiunt: puer est natus: nos missos face.

S. Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,

Quibus id maxime utile est illum esse quam deterrimum.

Nuptiarum gratia haec sunt facta, atque incepta omnia.

Vbi ea causa, quamobrem haec faciunt, erit adempta

his, desinent.

C. Erras. cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. S.

scio. C. at

Vero

A N D R I A

Verò uultu; cum, ibi me adesse, neuter tū præsenserat.  
 S. Credo; & id facturæ, Dauus dudum prædixit mihi:  
 Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

ACTVS QVINTI SCENA II.

DAVVS, CHREMES, SIMO,

D R O M O.

D. Nimo iam nunc ocioso esse impero. CH.

hem Dauom tibi.

S. Vnde egreditur? D. meo præsidio, atque  
 hospitis. S. quid ilud mali est?

D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non  
 uidi. S. scelus,

Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in uado.  
 S. cesso alloqui?

D. Herus est: quid agam? S. o salue bone uir. D. hem  
 Simo, o noster Chreme,

Omnia apparatus iam sunt intus. CH. curasti probe.

D. Vbi uoles, accerse. S. bene sane. id enim uero hic  
 nunc abest.

Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negocij est? D.  
 mihi? S. ita.

D. Mihi ne? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego,  
 quàm dudum, rogem.

D. Cum tuo gnato una. S. an ne est intus Pamphilus? cru  
 cior miser.

Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnufex?

D. Sunt.

D. sunt. S. cur igitur hic est? CH. quid illum censes? cum illa litigat.

D. Immo uero indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.

Nescio quis senex modo uenit: illum, confidens, catus: cum faciem uideas, uidetur esse quanti uis preti:

Tristi seueritas inest in uoltu, atque in uerbis fides.

S. Quidnam apportas? D. nil equidem, nisi quod illum audiui dicere.

S. Quid ait tandem? D. Glycerium se scire esse hanc ciuem Atticam.

S. Hem Dromo, Dromo. D. quid est? S. Dromo. D. audi. S. uerbum si addideris. Dromo.

D. Audi obsecro. DRO. quis uis? S. sublimem hunc intro rape, quantum potes.

DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S. quia lubet. rape inquam. D. quid feci? S. rape.

DA. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.

Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc uerum est. S. tu tamen

Cura asseruandum uinctum, atque audin? quadrum pedem constringito.

Age nunc: iam ego pol hodie, si uiuo, tibi

Ostendam, herum quid sit periculi fallere, et

illi patrem. CH. ah ne seui tantopere. S. Chreme,

Pietatem gnati. non ne te miseret mei?

Tantum laborem capere ob talem filium?

Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

A N D R I A .

ACTVS QVINTI SCENA III.

PAMPHILVS, SIMO,

CHREMES.

- P. Vis me uolt ? perij , pater est . S. quid dicit  
 q omnium ? C. ah .  
 Rē potius ipsam dic , ac mitte male loqui .
- S. Quasi quidquam in hunc iam grauius dici possiet .  
 Ain' tandem ciuis Glycerium est ? P. ita prædicant .
- S. Ita prædicant ? ingentem confidentiam :  
 Num cogitat , quid dicat ? num facti piget ?  
 Num eius color pudoris signum usquam indicat ?  
 Adeon' impotenti esse animo , ut præter ciuium  
 Morem , atque legem , & sui uoluntatem patris  
 Tamen hanc habere studeat cum summo probro ?
- P. Me miserum . S. modo ne id demum sensisti Pamphile ?  
 Olim istuc , olim , cum ita animum induxti tuum ,  
 Quod cuperes , aliquo pacto efficiundum tibi ,  
 Eodem die istuc uerbum uere in te accidit .  
 Sed quid ago ? cur me excrucio ? cur me macero ?  
 Cur meam senectam huius sollicito amentia ? an  
 Pro huius ego ut peccatis supplicium sufferam ?  
 Immo habeat , ualeat , uiuat cum illa . P. mi pater .
- S. Quid mi pater , quasi tu huius indigeas patris .  
 Domus , uxor , liberi inuenti inuito patre :  
 Adducti , qui illam ciuem hinc dicant : uiceris .
- P. Pater licet ne pauca ? S. quid dices mihi ?
- C. Attamen Simo audi . S. ego audiam ? quid ego audiam  
 Chreme ?

Chreme? C. attamen dicat sine. S. age dicat, sino.

P. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor id quoque.

Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone: impera: Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero, feram.

Hoc modo te obsecro, ut ne credas à me allegatum hunc senem.

Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam.

S. adducas? P. sine pater.

C. Aequum postulat: da ueniam. P. sine te hoc exorem.

S. sino.

Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.

C. Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

CRITO, CHREMES, SIMO,

PAMPHILVS.

CR. Itte orare. una harum quæuis caussa me, ut faciam, monet,

vel tu, uel quòd uerum est, uel quòd ipsi cupio Glycerio.

H. Andrium ego Critonem uideo? æcere is est. CR. saluos sis Chreme.

H. Quid tu Athenas insolens? CR. euenit. sed hicine est

est simo?

CH. Hic est. S. me ne quæris? eho tu Glycerium hinc uem esse ais?

CR. Tu negas? S. Ita ne huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas?

Tu ne impune hæc facias? tu ne hic homines adoloscuntulos,

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illic sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas?

CR. sanun' es?

S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?

P. Perij: metuo, ut substet hospes. CH. si simo hunc uis satis,

Nõ ita arbitrere. bonus hic est uir. S. hic uir sit bonus.

Ita ne attemperate uenit hodie in ipsis nuptijs,

Vt ueniret antehac nunquam? est uero huic credendum Chreme.

P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod nesciam probe.

S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic Crito est hic: mihi CR. uideat, qui fiet.

Si mihi pergit, quæ uolt, dicere, ea, quæ nõ uolt, audi.

Ego istæ moueo, aut curo? non tu tuum malum eoque animo feres?

Nam, ego, quæ dixi, uera, an falsa audieris, iam scire non potest.

Atticus quidam olim navi fracta apud Andrum captus est,

Est istæ una parua uirgo. tum ille egēs forte applicatus

Primum ad Chrysidis patrem se. S. fabulam inceptam

CH. si

- CH. sine . . . CR. Ita ne uero obturbat? CH. perge . CR. tum is mihi cognatus fuit,  
 Qui eū recepit . ibi ego audiui ex illo sese esse Atticum.  
 Is ibi mortuus est . CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi?  
 Phania . CH. hem , perij . CR. uerum hercle opinor fuisse Phanium .  
 Hoc certo scio , Rhānusium se aiebat esse . CH. o Iupiter .  
 CH. Eadem hæc Chreme multi alij in Androtum audire . CH. utinam id fiet ,  
 Quod spero . eho dic mihi , quid is eam tum , Crito , suam ne aiebat esse ? CR. non . CH. cuiam igitur ? CR. fratris filiam .  
 CH. Certe mea est . CR. quid ais ? S. quid tu ? quid ais ? P. arrige aures Pamphile .  
 S. Qui credis ? CH. Phania ille frater meus fuit . S. no-ram , et scio .  
 CH. Is hinc bellum fugiens , meq; in Asiam persequens , proficiscitur .  
 Tum illam hic relinquere est ueritus . post illa nunc primum audio ,  
 Quid ilo sit factum . P. uix sum apud me : ita animus commotus est metu ,  
 Spe , gaudio , mirando hoc tanto , tam repentino bono .  
 S. Næ istā multimodis tuā inueniri gaudeo . P. credo pater .  
 CH. At mihi unus scrupulus etiam restat . qui me male habet . P. dignus es  
 Cum tua religione odio . nodum in sirpo quæris . CH. quid istud est ?

A N D R I A

- CH. Nomen non conuenit . CR. fuit hercle aliud huic paru-  
 ue . CH. quod Crito ?  
 Nunquid meministi ? CR. id quæro . P. ego ne huius me-  
 moriam patiar meæ  
 Voluptati obstare , cum ego possim in hac re medicari  
 mihi ?  
 Non patiar . heus Chreme : quod quæris , Pasibula .  
 CR. ipsa est . CH. ea est .  
 P. Ex ipsa millies audiui . S. omnes nos gaudere hoc  
 Chreme .  
 Te credo credere . CH. ita me dij ament , credo . P. quid  
 restat pater ?  
 S. Iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam . P. o lepi-  
 dum patrem .  
 De uxore ita , ut possedi , nihil mutat Chremes . CH.  
 caussa optuma est :  
 Nisi quid pater aliud ait . P. nempe . S. scilicet . CH.  
 dos , Pamphile , est  
 Decem talenta . P. accipio . CH. propero ad filiam . cho-  
 mecum Crito :  
 Nam illam me haud nosse credo . S. cur non illam huc  
 transferri iubes ?  
 P. Recte admones . Dauid istuc dedam iam negoci . S. non  
 potest .  
 P. Qui ? S. quia habet aliud magis ex sese , & maius .  
 P. quidnam ? S. uinctus est .  
 P. Pater , non recte uinctus est . S. haud ita iussi . P. in-  
 be solui obsecro .  
 S. Age fiat . P. at matura . S. eo intro . P. o faustum , &  
 felicem hunc diem .

ACTVS

## ACTVS QVINTI SCENA V.

CHARINVS, PAMPHILVS.

C. Rouiso, quid agat Pamphilus: atque eccum.

P. aliquis forsan me putet

Non hoc putare uerum: at mihi nunc sic esse hoc uerum lubet.

Ego uitam decrum propterea sempiternā esse arbitror;  
Quod uoluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitasparta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.  
sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?

C. Quid illuc gaudi est? P. Dauom uideo. nemo est, quem malle, omnium:

Nam hunc scio mea solide solū gauisurum esse gaudia.

## ACTVS QVINTI SCENA VI.

DAVVS, PAMPHILVS, CHARINVS,

D. Amphilus ubinam hic est? P. Daue. D. quis?

P. nam homo est? P. ego sum. D. o Pamphile.

P. Nescis, quid mihi obtigerit. D. certe: sed, quid mihi obtigerit, scio.

P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, ego ut quod sum nactus mali,

Prius rescisceres tu, quàm ego, tibi quod euenit boni.

D

P. Mea

A N D R I A

P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. o factum bene.

C. Hem. P. pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probe.

P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. num ille somniat

Ea, quæ uigilans uoluit? P. tum de puero Daue? D. ah desine:

Solus est, quem diligunt dii. C. saluus sum, si hæc uera sunt.

Colloquar. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso mi aduenis.

C. Bene factum. P. hem, audisti? C. omnia. age, me in tuis secundis respice.

Tuus est nunc Chremes. facturum, quæ uoles, scio omnia.

P. Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me. intus apud Glycerium est nunc. tu Daue abi domum,

Propera, accerse, hinc qui auferant eam: quid stas? quid cessas? D. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur: Intus transigetur, si quid est, quod restet. plaudite.

PERSONAE.

26

P E R S O N A E.

Phædria	adolescens,
Parmeno	seruus,
Thais	meretrix,
Gnatho	parasitus,
Chærea	adolescens,
Thraso	miles,
Pythias	ancilla,
Chremes	senex,
Antipho	adolescens,
Dorias	ancilla,
Dorus	eunuchus,
Sanga	seruus,
Sophrona	nutrix,
Laches	senex.

D 2 ACTA